

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia 1
cum fontibus primis

Solacium uite huius est
ut habeas cui pectus tuum aperias,
cui archana communices,
cui secreta tui pectoris committas;
ut colloces tibi fidelem uirum qui
in prosperis gratuletur tibi,
in tristibus compaciatur,
in persecutionibus adhortetur.

Solatium quippe uitae huius est
ut habeas cui pectus aperias tuum,
cum quo arcana participes,
cui committas secretum pectoris tui;
ut colloces tibi fidelem uirum qui
in prosperis gratuletur tibi,
in tristibus compaciatur,
in persecutionibus adhortetur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*,
3.22.132 (CCSL 15, M. Testard ed.,
p.203, ll.52-56).

Facilis uox et communis,
tuus sum totus,
sed paucorum est
effectus.

Ambrosius de officiis libro III.

facilis uox et communis
uidetur,
sed paucorum est.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 12.37 (CSEL 62, M.
Petschenig ed., p.272, 1.20).